Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift



VIII.

Cum beata esse omnes homines uolunt si uerum uolunt profecto esse et immortales uolunt. Alioquin beati esse non possent. Denique de immortalitate interrogati sic de beatitudine omnes ea se uelle respondent. Si quisquam quod potest uocem quae sit in hac uita quaerit immo uero fingit dum immortalitatem despuat sine qua uera beatitudo esse non potest. Ille igitur ipse beate uiuit qui iam supra diximus et asserendo sanus fuerimus quia uiuit ut uiuit nec male aliquid uiuit. Nemo autem male uiuit immortalitate si ei humana capax et dono dantis nata. Cui si capax non est nec beatitudinis capax est. Vt enim homo beate uiuat oportet ut uiuat. Quae porro morientem uita ipsa deserit beata uita cum illo manere quod potest. Cum autem deserit aut nolentem proculdubio deserit aut uolentem aut neutrum. Si nolentem quomodo est beata uita quae est in uoluntate ut non sit in potestate. Cuique beatus nemo sit aliquid uolendo nec habendo. Quanto minus beatus est qui non honore non possessione non quilibet alia re si ipsa beata uita nolens deserit quando ei uita nulla erit. Vnde et si nullus sensus relinquitur quod sit misera propterea enim beata uita discedit quo tota uita discedit. Miser est tamen quamdiu sentiat qua sorte se nolente consumi propter quod certa et quod prae certis diligit. Hoc igitur potest uita et beata esse et nolentem deserere quia beatus nemo nolens fit. Ac per hoc quanto magis nolentem deserendo miserum facit quod si nolenti proposito esset miserum faceret. Si autem uolentem deserit etiam sic quamdiu beata erat quae percipere uoluit habebat. Restat ut dicamus neutrum esse in animo beati. Id est cum de seria beata uita cum per mortem deserit tota uita nec nolle nec uelle ad utrumque enim parato et aequo corde consistere. Si nec ista beata est uita quae tali est ut quem beatum facit amore eius indigna sit. Quomodo enim